



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Clementis XII. ab Anno I. usque ad IV.

Luxemburgi, 1740

CXVII. Designantur Urbes nonnullæ Italiæ tamquam insigniores, in quibus
ii ex Ordine Fratrum Eremitarum Sancti Augustini, qui per decennem
Prædicationis cursum Magisterium in Ordine adipisci ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74733](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74733)

super moderatione facultatum Protectorum Ordinum Regularium, aliisque Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnon prefatorum Ordinis, Congregationum, & Provinciarum, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis.

§. 6. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene & sufficienter expressis, ac ad verbum infernis habentes, illis aliis in suo robore permanentis, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majoram sub Annulo Piscatoris die 14. Octobris 1733. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

F. Card. Oliverius.

CXVII.

Designantur Urbes nonnullae Italiae tamquam insigniores, in quibus ii ex Ordine Fratrum Eremitarum S. Augustini, qui per decennalem Praedicationis cursum Magisterium in Ordine adipisci quaerunt, Quadragesimales Conciones, vel decennales habere debeant.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Nicolaus Antonius Schiaffinati, Prior Generalis Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini, quod in Capitulo Generali ejusdem Ordinis anno 1685. in alma Urbe celebrato, statutum fuit, ut ii dumtaxat Fratres Ordinis praedicti intra Italiam ad Magisterii lauream promoverentur, qui vel per quinquennium munus Regentis Studiorum obivissent, vel per decennium Dei verbum in insignioribus seu principalioribus ipsius Italiae Urbibus cum plausu justaque fama praedicasent. At cum saepius animadversum sit, postrema ejusmodi statuti verba incertum & nimis late patentem sensum continere aut recipere, indeque non raro contingere posse, quod nonnullae Italiae Urbes ab aliquo Priore Generali dicti Ordinis (cujus est, dubia illius statuta interpretari) non habeantur inter insigniores, quae ab aliis Prioribus Generalibus, pro varia cujusque animi affectione, tales antehac reputatae fuerint, aut imposterum reputentur; sicque concio Quadragesimalis, vel Annalis, per Religiosos ejusdem Ordinis habita, inter legitima requisita ad Magisterium assequendum sit quandoque adnumerata vel adnumeranda, & vicissim quandoque respuenda; hinc ipse Nicolaus Antonius Prior Generalis ad istam ambiguitatem tollendam, certamque in praemissis normam deinceps firmandam atque stabilendam, cum sua Congregatione, ac etiam consensu novissimi Capituli Generalis dicti Ordinis, opportunum censuit, per Decretum ab eo desuper editum determinare, ac nominatim exprimere Urbes Italiae, quae insigniores reputari deberent quoad Concionem Quadragesimalem & Annalem, pro adipiscendo Magisterio in Ordine praefato requisitam, in hunc modum, videlicet.

Ancona, Andria, Bari, Bologna, Firenze, Genova, Livorno, Messina, Napoli, Padova,

Palermo, Pavia, Perugia, Pistoja, Rimino, Roma, Siena, Treviso, Udine, Venezia, Verona, Vicenza; e purché le dette Predicazioni siano principiate almeno dalla Festa di tutti i Santi, e proseguite in tutti li giorni Festivi sino alla terza Festa del Santo Natale; Dichiarando in oltre, ed espressamente determinando, che sotto questa medesima legge siano, e s'intendano compresi anco quei Predicatori Generali già approvati, e che non hanno conseguito sinora il grado del Magistero. Saranno ancora approvate per requisiti, come sopra, le Predicazioni Quaresimali, che avviano fatte per una sola volta rispettivamente nelle infrascripte Chiese Catedrali, cioe: Ancona, Aquila, Averfa, Bari, Bergamo, Bologna, Brescia, Capua, Catanfaro, Celena, Chieti, Colenza, Faenza, Fermo, Ferrara, Firenze, Foggia, Foligno, Genova, Imola, Lecce, Livorno, Mantova, Matera, Messina, Milano, Modena, Napoli, Padova, Palermo, Parma, Pavia, Peruggia, Pesaro, Piacenza, Pisa, Pistoja, Prato, Rimino, Roma in una delle Basiliche, Salerno, Siena, Sorrento, Taranto, Terni, Torino, Treviso, Udine, Venezia, Verona, Vicenza, e Viterbo; Siccome ancora si approvano in tal forma i Quaresimali, che sogliano da noi darsi per le Chiese dell'Ordine, esistenti nelle suddette, ed in altra Città, riservando al nostro arbitrio di approvare, in qualira pure di requisito, l'Annuale di Genazzano, per la venerazione, che portiamo a quel Santuario.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, praedictus Nicolaus Antonius Prior Generalis, praemissa, quod firmius subsistant, ac exactius ferventur, Apostolica confirmationis Nostreae patrocinio communiri, ac aliis in praemissis opportune a Nobis providere summo- perere desideret; Nos, ipsum Nicolaum Antonium Priorem Generalem specialibus favoribus & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa-latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, Decretum praesertum super designatione Urbium Italiae, quae pro Concione Quadragesimali & Annali, requisita ad Magisterium in Ordine praefato assequendum, insigniores habenda & reputanda veniunt, sicuti praemittitur, editum, auctoritate Nostrea Apostolica tenore praesentium approbamus & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes & singulos juris & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 3. Volumus praeterea, ac eadem auctoritate declaramus, Decretum praesertum etiam locum habere quoad Fratres dicti Ordinis, qui decennium Concionum hujusmodi cum approbatione ejusdem Ordinis Priorum Generalium, ipsius Nicolai Antonii antecessorum, jam explevisse existimant, nondum tamen ad Magisterii lauream promoti fuerunt, illosque comprehendere; itaut conciones, ab eis peractae, etiam a dictis Prioribus Generalibus approbatae, vim legitimi ad praemissa requisiti non obtineant, nisi in aliqua ex designatis Urbibus habitae fuerint.

§. 4. Decernentes, ipsas praesentes literas semper firmas, validas & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere; ac illis, ad quos spectat & pro tempore quodcumque spectabit, inconcussae observari, illisque respective plenissime suffra-

Dat. die 10. Nov. 1733. Pont. An. IV.

Peritio quibus innixationibus.

Designatio per Prior-

Confirmatur.

Hae vero declaratio in praedictum illorum cadere non debet qui jam decennalem cursum alibi expleverunt.

Clausula.

gari;

gari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari & definituri debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis; necnon, quatenus opus sit, prædicti Ordinis, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 10. Novembris 1733. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

F. Card. Oliverius.

CXVIII. Confirmatur Decretum Congregationis Episcoporum & Regularium circa electionem, vel substitutionem Visitatorum Provinciæ Portugallicæ ejusdem Ord. S. Augustini.

CLEMENS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. **N**uper pro parte dilectorum filiorum Emanuelis de Albuquerque Prioris Provincialis, ac Definitorum Provinciæ Portugallicæ Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini, Congregationi Ven. Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis & consultationibus Episcoporum & Regularium præpositæ, exposito, quod, cum in Constitutionibus dicti Ordinis Apostolica auctoritate confirmatis part. 3, cap. 14. num. 5. ubi agitur de electione Visitatoris seu Visitatorum, habeatur, ut eveniente casu obitus, vel alterius deficientiæ Visitatoris five Visitatorum in Capitulo Provinciali electorum, si id ante Congregationem intermediam contingat, ad eandem Congregationem vocari debeant Visitator seu Visitatores præcedentis Capituli Provincialis; sin verò post prædictam Congregationem accidat, jus sit Definitorio privato, alium seu alios in locum deficientium eligendi ac deputandi; In Provincia autem præfata quædam inter duas ejus filiationes seu partialitates alternativa per se. re. Innocentium PP. XII. Prædecessorem Nostrum, stabilita sit, cui omnes ejusdem Ordinis Constitutiones aptæ fuerunt, ac ubi de electione Visitatorum sermo est, disponatur quod duo Visitatores ipsius Provinciæ juxta alternativam hujusmodi eligantur, unus ex una, & alius ex altera filiationibus: ac deficiente alterutro ante dictam Congregationem intermediam, succedat alius ejusdem filiationis Capituli proximioris: & si nullus inveniatur illius filiationis, qui succedere possit, eligatur a Definitorio alius filiationis prædictæ: sicut si deficiat post Congregationem intermediam prædictam; licet hujus dispositionis intelligentia & explicatio, in postremis verbis aliquantum subobscura, desumenda videretur a clariori & literali dispositione supradictarum Constitutionum in casu cujuscumque deficientiæ Visitatoris post

dictam Congregationem intermediam; nihilominus Exponentes prædicti ad evitandas contentiones five controversias, quæ ex ejusmodi verborum ambiguitate excitari possent, memoratæ Congregationis Cardinalium sententiam desuper exquirere opportunum duxissent: ab eaque petissent, quatenus declarare ac definire vellet: An eveniente casu deficientiæ unius vel utriusque Visitatoris post celebrationem Congregationis intermedie, electio substituendorum ad Definitorium privatum spectet: seu potius ad officium hujusmodi Visitatores Capituli præcedentis assumendi sint, prout assumi deberent, si deficientia ante celebrationem dictæ Congregationis intermedie contigisset in casu &c. Emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui sequitur:

Sacra Congregatio Eminentissimorum & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium, negotiis & consultationibus Episcoporum & Regularium proposita, referente Eminentissimo Cardinali Gotti Ponente, attenta relatione Patris Procuratoris Generalis Ordinis, re mature perpenfa, censuit decernendum, prout decrevit & declaravit: Affirmative ad primam dubii partem, & negative ad secundam; dummodo tamen non sit completa Visitatio, nam Visitazione completa, nec electioni nec substitutioni locus erit. Romæ 13. Novembris 1733.

Card. Franciscus Barberinus.

I. Archiepiscopus Corin. Secretarius.

§. 2. Cum autem, sicut pro parte dictorum Emanuelis & Definitorum Nobis subinde expositum fuit, ipsi, Decretum hujusmodi, quò firmius subsistat, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiti plurimum desiderant; Nos, ipsos Exponentes specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes & absolutas fore censentes, supplicationibus, illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis, inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Nostra Apostolica tenore præsentium approbamus & confirmamus; illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus: salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium.

§. 3. Decernentes, ipsas præsentis literas, semper firmas, validas & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere; ac illis, ad quos spectat & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inconcussè observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari & definituri debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis; necnon, quatenus opus sit, Provinciæ, & Ordinis prædictorum, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis & innovatis.

§. 5. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis ac ad verbum insertis habentes, illis

S. Congregationis Decretum.

Confirmatur.

Harum Literarum observantia.

Obstantium derogatio.

Dat. die 27. Nov. 1733. Pont. An. IV.

Petitio.